

Library of The Theological Seminary

PRINCETON · NEW JERSEY

•3•

PURCHASED BY THE
MRS. ROBERT LENOX KENNEDY

CHURCH HISTORY FUND

BX 3701.M8 L2 v.2
Lainez, Diego, 1512-1565
Lainii monumenta



Digitized by the Internet Archive
in 2014

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA



LAINII MONUMENTA

JAN

LAINII MONUMENTA

EPISTOLAE ET ACTA

PATRIS JACOBI LAINII

SECUNDI PRAEPOSITI GENERALIS

SOCIETATIS JESU

EX AUTOGRAPHIS, ORIGINALIBUS, VEL REGESTIS

POTISSIMUM DEPROMPTA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

EDITA

TOMUS SECUNDUS

1557



MATRITI

TYPIS GABRIELIS LOPEZ DEL HORNO

via S. Bernardi, 92.

1912

APPROBATIONES TOTIUS OPERIS

NIHIL OBSTAT

P. CAEC. GÓMEZ RODELES, S. J.
Cens. eccles.

IMPRIMI POTEST

P. JOSEPHUS M. VALERA, S. J.
Praep. prov. toletan.

IMPRIMATUR

☩ JOSEPHUS MARIA
Episc. matriten.-complutén.

ALTERIUS VOLUMINIS PRAEFATIO

Evulgato jamdudum a nobis *Lainii Monumentorum* volume primo, alterum nunc in lucem edimus, quod utinam eorum expectationi satisfaciat, qui, primo nonnihil delectati, alterius editionem desiderant. Quamquidem ad rem, eamdem nos, in singulis conquirendis monumentis, eorumque momentis omnibus perpendendis, curam ac diligentiam adhibuimus, eamdem in omni investigationis genere operam contulimus. In edendis autem, quaecumque illa sint monumenta, eamdem etiam formam ac methodum sequuti, id nos diligenter curavimus, ut, «a fide manuscriptorum non recedentes, omnia, prout in tabulariis exstant, exhiberemus». Verum haec, ad formam, sive ad externos, ut dicunt, horum *Monumentorum* characteres spectant. Ad internos vero quod attinet, verum quidem est, in hoc vel maxime volume, quemadmodum in subsequentibus nonnullis, quae brevi, Deo adjuvante, prodibunt, verum est, inquam, quod in superioris prooemio, pag. xiv, notavimus: has Lainii epistolas, «ex *Regestis.*», ut plurimum, desumptas, ac Lainii nomine a secretario exaratas, nec tam proprias illius esse», nec adeo fideliter, si vis, illius mentem animumque referre. At simul verissimum est, quod etiam ibi dicebamus, has nihilominus Lainii epistolas «prudentissimum Societatis moderatorem, cuius nutu omnia diriguntur, ostendere, Lainium nempe, creditos sibi a Deo subditos gubernantem, monentem, consolantem, objurgantem, corrigentem, et unicuique officium assignantem».

Et re quidem vera, tametsi non propria ipsius, sed secretarii manu, sint exaratae, nihil in eisdem reperietur, quod, aut ipse

non subscriperit, aut alteri suo nomine subscribendum non trahiderit. Quapropter, merito Polancus, 28 Februarii anni hujus 1557, Ameriae rectori scribens, «quantumque io scriba, inquit, non aspetti risposta per me, ma per Padre nostro, per cui commissione scribo». *Regest. IV*, fol. 306v. Hinc est profecto, quod nulla in his, de quibus sermo est, epistolis, prudentissimi ac sapientissimi gubernatoris virtus desideretur; nulla, quae splendidissimo lumine non fulgeat; nulla, cujus plurima, eaque insignia, monumenta non reperiantur.

Prius tamen, quam de singulis hisce Lainii dotibus atque virtutibus, priusquam de epistolarum materia et qualitate dicamus, aliquid de earumdem numero ac divisione, de tempore, quo scriptae sunt, tum de origine ac destinatione, visum est praemittendum.

I.—DE EPISTOLARUM NUMERO AC DIVISIONE

Atque, ut a numero et divisione ordiamur, octoginta supra tercentas epistolas hoc volumine contentas invenies. Quarum, si octo supra viginti excipientur, reliquae omnes Lainium habent auctorem. Inde jam prima ac praecipua epistolarum efflorescit divisio, in eas videlicet, quae ad Lainium sunt datae, et eas, quas Lainius ipse dedit. Jam primum illud divisionis membrum, ut diximus, octo tantum et viginti complectitur epistolas. Et nostratum quidem, unius Antonii Araozii, easque ternas quaternasve tantum lector inveniet. Reliquae ad externos pertinent. Quod si de parvo earum numero scisciteris, nosse debes eas, intra brevissimum temporis spatium defluere, neque omnes, cujuscumque generis aut originis, in lucem edere, nostrum fuisse in hoc volume propositum. Huc adde, plures earum in aliis nostrorum *Monumentorum* seriebus fuisse jam editas. Videantur *Epist. Salmer.*, I; *Epist. PP. Paschasii Broëti, Claudii Jaji, Joannis Codurii et Simonis Rodericii*; *Epist. P. Hieronymi Nadal*; *Sanctus Franciscus Borgia*, III. Caeterum, de tempore ac de origine, singillatim inferius a nobis est disserendum.

Octo igitur et viginti, non plura monumenta, extranea quo-

dammodo, hoc secundo volumine continentur. Quae quidem, etsi Lainii internos animi sensus non exprimant, ast certe, quid de Lainio alii senserint, luculenter manifestant. Idque, eo vel maxime attentione dignum judicamus, quod ii, qui has ad Lainium scripsere litteras, quique de ipsius ingenio aut virtute adeo honorifice sentiunt, non qualescumque illi sunt, sed, aut primores civitatum (449^{bis}, 452^a, 452^b)¹, aut integer senatus (543^{bis}, 575^{bis}, 414^b, 512^{bis}, 608^a), aut praesules ecclesiarum (414^c, 526^a, 526^b, 614^{bis}, 628^b), aut romanae ecclesiae purpurati patres (357^{bis}, 414^a), aut nobiles quicumque viri (445^{bis}, 608^b etc.), aut denique diversarum nationum principes ac reges (443^{bis}, 624^b etc.), fuisse reperiantur.

Lainii ad alios epistolarum certe major est numerus. Cave tamen ne existimes, aut has tantummodo eum scripsisse, aut saltem has tantum nobis esse notas. Aliae enim sunt, eaeque non paucae nec nobis incognitae, quas tamen minime dignas esse duximus, ut in lucem ederemus; propterea quod vel saepe jam repetita continerent, vel, si quid novi afferrent, parum ad historiam conferre viderentur.

Fatendum sane est, idque libenter facimus, nonnulla monumenta, quae primum luce non digna arbitrabamur, post, re melius perpensa, historiae studiosis non omnino inutilia visa fuisse. Pro his igitur appendicem unam adjecimus, ad quam quidem Lainii praesertim ad alios litteras amandamus, easque solummodo, quarum lectionis, opinamur, poenitebit neminem, tametsi saepe non integras epistolas, sed epistolarum fragmenta demus.

Ac de numero ac divisione epistolarum, quae praesenti clauduntur volumine, haec dixisse sufficiat. De tempore vero, quo scriptae illae sunt, pauciora animadvertisenda erunt.

II.—DE SCRIPTIONIS TEMPORE

Scriptoris tempus integrum annum (1557) complectitur, adeo ut epistolarum, quas pree manibus habemus, collectio,

¹ Numeri, uncinis clausi, epistolarum allegatarum numeros indicant.

quaeque a die 2 Januarii praedicti anni ducit exordium, ad diem Decembris 25, non ultra progrediatur. Earum quidem nonnullae sunt, (ut 379^{bis}, 452^b, 493, 498, 517), quae scriptionis anno carent; aliae autem, (ut 347, 368, 389), quibus, non annus 1557, in quo versamur, sed 1556 apponitur. Sed utrumque librarii lapsi, aut errori, tribuendum esse, nemo attente legens non videbit.

Unius ergo anni decurrit spatium, dum Lainius voluminis hujus litteras scripsit, atque illius anni, quo, propter bellorum tumultus, coetus pro praepositi generalis electione congregari non potuit; quocirca, Lainius, magnis undique septus difficultibus, Societatem vicaria potestate regere debuit. Ne id quidem, absque speciali Dei providentiae nutu, accidisse putandum est, quum Deus optimus maximus res ita disposuerit, ut sanctissimi vicarii virtus, Societatem in tot rerum angustiis gubernantis, clarior eluceret.

III.—DE EPISTOLARUM ORIGINE AC DIRECTIONE

His de tempore brevissime dictis, de origine nunc, seu de fontibus, unde excerptae illae sunt, aliquid etiam, pro more nostro, dicamus. Quod si de his sermo sit, quae ad Lainium sunt datae, non unicus est fons, sed varius, pro varietate personarum, quae illas ad Lainium dedere litteras. Nam, ut supra diximus, aut integer coetus conjunctioque multorum, aut singulares personae scribunt. Si postremum, aut primates civitatum, aut ecclesiarum praesides, aut nobiles, aut qui regnorum tenent principatum, epistolae habent auctores. Porro, horum quidem, quorum nuper meminimus, epistolae, ex codice *Epist. princip.* excerptae sunt omnes, omnes autem archetypae, autographae nullae. Archetypae sunt pariter epistolae romanae ecclesiae cardinalium, ex codice *Epist. cardin.* desumptae. Episcoporum litterarum, hoc volumine inclusarum, non eadem est ratio. Omnes quidem, ex codice *Epist. episcop.* depromptae, autographae sunt, una solummodo excepta, (526^b), scilicet, ab Urbano, episcopo labacensi, data, quae non autographa est, sed archetypa. Primum civitatum non plures quam tres, easque autographas, ex

Codice diversor. unam, duas vero ex codice *Epist. Mixt.*, desum-
psimus. Epistolae denique, a senatu aliquo, vel coetu persona-
rum scriptae, non ultra quinque hoc secundo volumine conten-
tae inveniuntur, quae quidem, si unam (512^{bis}) excipias, quae
autographa est, reliquae (543^{bis}, 575^{bis}, 416^b, 608^a) non
autographae, sed archetypae sunt, omnesque ex codice *Epist.*
communit. desumptae. Postremo, si linguam, qua hujusmodi lit-
terae scriptae fuerunt, quaeris, aut hispanica est, aut gallica,
aut itala, aut latina.

Ac de origine, seu de fontibus, unde scriptas ad Lainium
epistolas hausimus, sit satis. De his, quas ad alios Lainius ipse
dedit, brevius adhuc dicemus. Omnes enim, ex unico fonte de-
sumptae, *Regestis* nimirum IV et V, nec archetypae nec auto-
graphae, sed potius transumptae dici debent. Nonnullae tamen
ipsius Polanci manu exaratae deprehenduntur.

Jam, ut de harum etiam destinatione aliquid innuamus, plures
ad Italiam et Germaniam, pauciores ad Flandriam et Galliam, ad
Hispaniam et Lusitaniam nullam scriptam fuisse comperies.
Hujus autem omissionis causam in prioris voluminis prooemio,
pag. XIV-XV, dedimus, quum diximus «*Regestorum* aliquot volu-
mina, ad annos 1556-1558 spectantia, ...amissa fuisse, unde nullae
fere exstant epistolae Lainii ad provincias Hispaniae et Lusita-
niae eo temporis lapsu datae». Atque haec etiam est causa, cur
paucae quidem hispanice, plures latine, pleraeque autem italice
sint scriptae.

In his vero regionibus, ad quas litterae mittebantur, haec
tunc temporis nostratum erant domicilia: in Flandria duo, lova-
niense nempe, et tornacense; duo item in Gallia, parisiense
unum, alterum billomense; in Germania tria, pragense, viennen-
se et ingolstadiense; sex in regno Siciliae, in Italia demum qua-
tuordecim.

Jam vero, tametsi non semel privatis quibuscumque sodali-
bus, ast plerumque eorum moderatoribus, saepissime autem pro-
vinciarum praepositis Lainius scribit. Neque litteras omnes, ad
singulos quosque rectores missas, invenies. Frustra enim, verbi
gratia, epistolulas in hoc volumine quaeres ad rectores collegio-

rum, messanensis, montisregalensis, syracusani. Quin tamen ideo, illas ad hos collegiorum moderatores, toto unius anni temporis lapsu, scriptas fuisse existimes. Memineris enim, quae, quo jam te supra monuimus: non id esse nostrum in hoc volume propositum, ut omnes, quas Pater vicarius dedit, quaeque in nostris scriniis exstant, ederemus; sed illas, easque sane multas, praeteriisse, quae, aut nullius historici momenti esse existimavimus, aut nonnisi jam repetita continerent, aut denique in aliis nostrorum *Monumentorum* sectionibus, a nobis sunt jam prius editae.

Externi, ad quos Lainius scripsit, hi ipsi fere sunt, qui ad illum scripserant, quoruin litteras in hoc volumine damus. Verum de his jam egimus, quibus nonnulli, iisque clarissimi viri, addendi sunt, nostrorum *Monumentorum* lectoribus optime noti: Petrus de Zarate, Alexius Fontana, Joannes de Figueira, Joannes Osorio, Rodericus Gomez de Silva, Marchio de Sarria, Gulielmus a Prato, episcopus claromontanus, Andreas Lippomanus, necnon Florentiae ducissa, Eleonora Sanseverino, aliique non multi. De origine ac direccione satis dictum est.

IV. — DE EPISTOLARUM MATERIA ET QUALITATE

Illud ergo, quod postremo loco proposuimus, de epistolarum argumento dicere, tantummodo nobis reliquum est. Qua quidem in re, uberrimus sane thesaurus, nostris praesertim, qui de rebus Societatis ejusque primigenio regimine cupiunt edoceri, ob oculos obversatur. Quum enim recens sancti conditoris memoria adhuc esset, superiori enim anno praesentem vitam cum coelesti commutaverat, quumque Lainius, atque Polancus, quibus omnia heic contenta debemus, ex jugi ac diurna cum Ignatio consuetudine, ac diligenti observatione, genuinum illius spiritum, in regenda vel maxime Societate, penitus hauserint atque expresserint; nihil mirum si periodus haec altera historiae Societatis, quae propria est primi ab Ignatio supremi moderatoris, ei, qua sanctus Parens per se ipsum eamdem gubernavit, apprime respondeat, ac mera illius successio aut continuatio esse videatur.

Adeo ut, si ex hisce litteris res tibi decidenda esset, aut Ignatium redivivum, aut morte non extinctum haud immerito dixeris.

Et sane, eadem in externis cernitur de Societate ac de Lainio, supremo illius moderatore, existimatio. In sodalibus idem plerumque fervor, idemque indefessus animarum zelus. Eadem in quibusdam praeposterae animi affectiones atque defectus. Eadem in superioribus vigilantia, idem vitae religiosae studium. In supremo denique Societatis moderatore, Lainio nempe, eadem cernitur agendi ratio, animi dotes atque virtutes eadem. Eadem in secundis rebus moderatio, in adversis fortitudo. Eadem, erga externos benefactores benevolentiae signa, erga ecclesiae aut reipublicae praesides observantia, erga omnes comitas. Eadem erga sibi subditos caritas, patientia, mansuetudo; suavitas quam expedit; quam expedit, severitas. Quodque caput est, atque praecipuum, erga Ignatii constitutiones, etsi nondum examini subjectas, neque approbatas, summus cernitur amor ac reverentia summa, eaque cum summa diligentiaque conjuncta, ne quid ignatianum opus detrimenti pateretur, sed, prout a sancto conditore, ac legifero parente, divino afflatu conceptum fuerat, atque prodierat, integrum et incolumē servaretur.

Cujus quidem rei, etsi plurima sint in praesenti volumine praeclara monumenta, quia tamen hinc inde sparsa reperiuntur, quo melius legentis mens atque attentio dirigatur, nonnulla ex omnibus excerpta, jam inde ab initio praelibanda censuimus.

EXTERNORUM DE SOCIETATE EXISTIMATIO.—Paucas, ut diximus, externorum ad Linium, intra anni hujus ambitum, epistolas damus. Ejusmodi autem sunt, quae illam, quam diximus, de Lainio ac de Societate existimationem mirifice patefaciant. Videatur omnium prima, sub n. 357^{bis} posita, a cardinali burgensi, ac senensi supremo gubernatore 10 Januarii data. «En esta ciudad hay grande sterilidad de todo, pero de ninguna cosa la hay mayor que de doctrina christiana, y quien la predique con la limpieza y prudencia que los professores de essa casa suelen; y assí hará V. P. gran seruicio á Dios, y á mí singular gracia y consolación, embiar vn predicador que esta quaresma nos doctrine aquí; que el que viniere, elegido y aprouado por V. P., soy

cierto que hará fructo; y por ser la obra tal, creo que ha menester poca persuasión V. P., etc.»

Audiatur quoque clarissimus ille vir, ac de religione ac Societate optime meritus, Joannes de Vega, Siciliae prorex, qui, magistratu jam abdicato, ac iter, ut in Hispaniam rediret, praeparans, in haec, vere aurea verba, Lainio scribens, erumpit. «Estoy aquí en Trápana con mis hijos y nietos, y con la oçiosidad, que, á la mi fee, al viejo y enfermo es de tanto regalo como vn par de nietos ó hijos; y algún poco de tiempo que se espendería bien con la conpañía del M. P. Jerónimo, nos ha faltado con su partida para allá, que, cierto, en esta coyuntura nos ha hecho gran falta. Mas, considerando la persona, tan señalada como es en esa sancta religión, y hauerse aora de tratar del establecimiento della, nos ha parecido de posponer nuestras cosas particulares por el bien público y seruicio de Dios, y también por el deseo particular que yo tengo de que salga á luz y sea manifiesto á todos las santas y prudentes constituciones hechas deuaxo del fauor y nombre de Jhus , porque tengo esperança en Dios, que de aquí adelante ha de fauorecer y ayudar más á los religiosos deste santo nombre y Conpañía, que ha hecho aun hasta aquí, y que ni los estrépitos de las armas, ni desasosiego de la guerra, ni tiempos tan miserables y confusos, como son en los que estamos, han de bastar para estoruar ni perturbar todo lo que se huiiere de hazer en esta sancta congregación.»

En denique, quae die 5 Augusti, Ferdinandus I, rex romanorum, ad Lainium ajebat. «Honorabilis religiose, deuote, nobis dilekte. Redditae nobis sunt literae tuae, xvii die praeteriti mensis Junii datae, et inde grato ac benigno animo cognouimus, quod, non exspectato generali conuentu et electione noui generalis praepositi, honorabiles, deuotos, nobis dilectos Petrum Canisium et Nicolaum Gaudanum in Germaniam remittendos duxeris, ut illorum opera in futuro colloquio uti queamus.

Deinde non minus gratum nobis accidit, quod etiam doctorem Joannem de Victoria cum alio sacerdote germano, qui linguam bohemicam tenet, pro utilitate collegii pragensis remiseris, et alios mittere uelis sub autumnum, qui in doctrina et moribus

probati et instituti sint, ut utrique collegio in rebus spiritualibus pro uirili inseruant. Itaque illorum aduentum clementer expectabimus, et, oblata occasione, tibi ac ordini, seu Societati isti, hujusmodi piam vestram erga nos voluntatem omni benignitate respondemus, id quod tibi ad dictas literas tuas clementer responderemus voluimus.»

Plura persequi, etsi lectori forte non ingratum, necessarium tamen non esse duximus, quum praesertim facile a quopiam in textu videri queant. Videantur epistolae, (sub nn. 452^a et 452^b positae), quibus tornacenses primates collegium postulant Societatis; (543^{bis} et 575^{bis}), quibus idem pro sua civitate conventus Montispolitiani vehementer flagitat; item (512^{bis}), qua celeberrimae academie patavinae doctores novam quamdam scholam aprire, eamque Societati regendam tradere decrevisse, Lainium certiorem faciunt. Quae quidem, nisi fallimur, externorum erga Societatem benevolentiam satis declarant.

NOSTRATUM OPERA, TUM SIBI IPSIS, TUM ALIIS IMPENSA.—At simul declarant aliud, quod etiam ex his litteris eruitur facile: sodales, videlicet, ut plurimum, hoc tempore pie sancteque vixisse, unde illam, tam magnam tamque praeclaram, existimationem benevolentiamque externorum, non immerito dicemus esse profectam. Fatendum certe est, id nobis ex his, quae nunc edimus, monumentis directo constare non posse. Lainius enim, non quae ipse oculis suis cerneret, tradit, sed ea tantum tradit, e quibus nobis conjicere liceat, quae sibi a collegiorum rectoribus referebantur, tum quod ad modum, quo fratres, sive in propria sive in aliorum perfectione procuranda se gererent, tum quod ad labores, quos pro eadem sanctissima causa susciperent, tum quod ad horum laborum fines fructusque perceptos. Sed hoc quidem pacto haec ipsa monumenta legens, clare videbit, sodales ubique locorum, et virtutum exercitationi, et animarum saluti procurandae, indefesso labore ac totis viribus constanter incumbere. Sic Ingolstadii (422, 423), Billomi (348, 407), Tornaci (452^a, 452^b), Bononiae (361), Ferrariae (366), Florentiae (412), Mutinae (454), Perusii (446) etc., haec saepe monumenta testantur, et res collegiorum recte procedere, et fructus, eximios sane, nostratum assi-

duis ministeriis percipi. Romae autem, ubi plures, quam alibi, e Societate fratres degebant, qui ob ipsius Lainii oculos obversabantur, et virtutum ac litterarum studium, et erga proximos ministeria ita florebant, ut optimus Societatis odor mirifice spargeretur (401, 464). Quin immo, Polancus, ex commissione, Patri Broëto scribens, «Le cose della Compagnia, inquit, generalmente uanno crescendo per tutte le bande a gloria X.^o nostro signore».

PRAEPOSTERUS ALIQUORUM SE GERENDI MODUS. — Verbum «generalmente» addidit Polancus, nec immerito quidem. Quum enim plerique, ut diximus, recte procederent, fuerunt etiam hoc anno, qui, disciplinae religiosae jugum non sustinentes, haud parum ceteris, praesertim vero superioribus, negotii facessere. Eorum aliqui, in meliorem frugem conversi, in Societate tandem ad finem usque vitae perseveraverunt: alii autem, vel sua sponte, Societati valedicentes, seipso ejecerunt, vel, etiam inviti, expulsi sunt et ejecti. Sed exempla quaedam hoc loco praeteriri non debent, quae maxime ad plene cognoscendum inserviunt, quo usque possit, tum hominis fragilitas, tum erga homines Dei misericordia, pervenire. Secundi generis exempla dabunt Petrus Schorichius, Jonas Adlerus, Gulielmus antuerpiensis ac Petrus Andelotius (350, 353, 394, 421, 474), qui, bonorum fratrum congregacione sponte relictam, omnes deinde vitae suae finem miserandum in modum fecerunt. Exempla vero primi duo praesertim in his epistolis reperiuntur: Joannis Couvillonii unum, viri sane et ingenio et eruditione clarissimi (388, 394, 424, 483); Joannis Tilani alterum, cuius saepissime recurrit sermo, praesertim vero in epistolis (388, 394, 540^{bis}, 589, 633). Uterque ex primis erat, quos Pater Ignatius, anno superiori 1556, ut theologiam doceret, Pragam hunc, illum Ingolstadium miserat; atque uterque, anno post, occasionem Lainio praebuit, egregias quidem animi dotes v. tutesque exercendi.

SOCIETATIS, SUB LAINIO VICARIO, GUBERNATIO. — Quod ad Societatis gubernationem spectat, duo praecipue complectitur: et singularium superiorum actionem, et generalis. Ac de primo quidem, vix quidquam indicare necesse est, quum nulla fere sit epistola, a qua id non doceatur. Lainius enim, ut supra diximus,

ad rectores cujusque domus plerumque scribebat, qui, sive in his, quae Patri vicario proponebant, sive in his, quae ab ipso sibi fieri postulabant, clarissime suam vigilantiam, industriam, laborem, zelum denique, tum domesticarum, tum etiam externalium rerum, ostendebant. Quod si res ita se habet; si rectores singuli, in scribendo, interrogando, postulando, strenuos se ac vigilantes ostendunt, facile ex hoc intelligi potest, Lainii tot illorum litteris respondentis, quanta fuerit vigilantia, diligentia, industria, ac labor quantus. Neque enim quidquam eorum, quae ad ipsum undique referebantur, praetermittebat, sed ad singula, etiam minutissima, respondebat. Qua quidem in re, illud in primis notandum venit, quod ad *conscientiae casus responsiones* attinet, quas utinam omnes haberemus. Saepe quidem quaestionum fit mentio; sed quaenam illae fuerint, quae vero ad illas responsiones, ignoramus. Manet nihilominus in his litteris earum rerum copiosa supellex, manent rerum moralium quaestiones non paucae, manent responsa, quae, legentibus volumen hoc, haud parum profutura speramus. Nullum namque divinae, nullum ecclesiasticae legis praeceptum, nullum forte sit sacramentum, de quo dubium aliquod non sit Lainio propositum, ab eoque solutum. Pro his autem, in hujus voluminis indicem ad verbum «casus conscientiae» hinc jam lectorem mittimus.

Verum haec, quamvis plura et utilia, exiguum partem eorum continent, quae sapientissimi ac providentissimi gubernatoris *diligentiam ac sollicitudinem* ostendunt. Quid est enim, de quo in his, quae nunc prodeunt, monumentis, distincte ac dilucide non agat, sive ad nostrorum domicilia stabienda, sive ad ordinem domesticum instituendum et conservandum, sive ad socios spiritu ac litteris informandos, eosque per diversa loca distribuendos, sive ad strenue deinceps pro Dei gloria laborandum, pertineat? Nam de collegiis, aut erigendis aut removendis; de loco ad scholas aptiori seligendo et adornando; de scholis in eorum unoquoque aperiendis, deque magistris eisdem praeficiendis, retinendis aliove transferendis; quae sint uniuscujusque corporis vires, quae ingenii dotes, quae virtutes; an haereticorum filii, an convictores in collegiis admittendi; an et qua ratione puniendi

aut corrigendi; quo pacto cum domesticis, cum externis, cum catholicis, cum haereticis agendum; qua ratione externorum, nobilium praesertim, benevolentia concilianda, servanda, fovenda; quid a nostratis agendum quidve praestandum, etiam quum reipublicae praesides, quod minime decet, expostulant; haec omnia, aliaque hujus generis bene multa, a sapientissimo gubernatore sapientissime pertractantur. Omnia haec oculis suis cernit atque animo complectitur; nihil aciem ipsius mentis effugit, nihil vigilantiam ejus aut diligentiam elabitur.

Exemplo sit ejusdem sollicitudo, simulque erga subditos a Deo sibi creditos ferventissimus amor, quod ad eorum omnium, praeципue vero *aegrotantium curam*, spectat. Ita enim hanc cunctis habere commendabat, ut vel ex ea una omnia pendere videarentur. Principio hanc, 20 Martii, rectori ferrariensi, regulam, ad instar multarum fundamenti, tradit: «Del uedere che non manchi il necessario, et quello che per la decentia si conuiene a quelli che ui stanno in Ferrara, V. R. lo procuri; et se per tal conto sarà necessario far qualche debito, lo potrà fare con buon animo.» Hujus quasi complementum est, quod Patri Everardo Mercuriano, 12 Augusti, in haec verba scribebat: «Hor sia in uno delli due detti luoghi, or autre, V. R. prima ueda d' attendere a star sano, et dopoi, se li parerà predicare o leggere in Tornai, lo potrà fare.» Patri Victoriae denique, superioris Germaniae viceprovinciali, 23 Octobris. «Questo dirò bene: che conuiene dar ordine che non si affatichino tanto li suppositi della Compagnia, che diuentino etici, o inutili, per infirmità, o vero si morano; et conuiene che habbino li suoi tempi de recreatione, acciò si possano conseruare alla longa nelle fatiche.» Praeter haec, non modo laboris moderationem, vacacionum tempus, mutationem loci enixe commendabat, interdum quoque injungebat, verum etiam id, quod mirum alicui forte videatur, ad parentes et propinquos, ut aëre patrio valetudinem viresque recuperarent, fratres nostros mittere non dubitabat. Placet autem haec omnia, epistola ad rectorem ferrariensem, 15 Maji data, confirmare. «Ci è parso ausiar V. R. come in Roma habbiamo tenuto un tempo nostro fratello Hercole Ferrarese; et

non si trouando sano, anzi debole assai, lo habbiamo fatto mutar aria a Perogia la stade passata, perchè è aria fresco et sottile; et trouandosi anche male, et più presto peggio di là, in su l' inuernata l' habbiamo fatto andare a Loreto: et pur si troua male tanto, che dicono camina uerso l' etica. Hauemo scritto ultimamente al rettore di quel collegio, che, parendo al medico che debbia andare uerso l' aria nativo, che lo mandi. Ci è bene accaduto de alcuni, che con simile mutatione hanno recuperata la sanità.»

Verum parva haec atque inania jure haberentur, nisi etiam esset *de eorumdem animarum salute praecipue sollicitus*. Id enim prae omnibus Lainius optabat, quo uno sublato, parum aut nihil cetera profutura putabat. «Dio si degni dare il suo spirito a quelli che nella Compagnia lo serueno, senza il quale possono essere poco utili a sè et alli proximi, et così meglio stanno fori di quella» (480). Ex quo facile intelligi potest, quod iterum ad Roi-letum, Ferrariae rectorem, 21 Augusti, scribebat, quum de Alphonso Sacrato in patriam mittendo ageretur. «Si el padre suo fosse molto deuoto della Compagnia, et non si temesse che nessuno lo diuertirebbe de sua uocatione, forsa che si mandarebbe in là.»

Igitur nihil mirum si innumerae hujus generis inveniantur in hisce monumentis industriae, innumera consiliorum genera, cohortationes, consolationes, interdum etiam objurgationes, prout cujusque animae status postulabat. Nam modo suavis, modo fortis et acer, nunc suadendo, minitando, consolando, nunc vires animis addendo, omnes ad perfectionem, eamque Societatis propriam, sectandam permovere conabatur. Praestantissima hujus generis exempla, per totam epistolarum collectionem sparsa, offerent praesertim epistolae (349, 371, 378, 387, 424, 436, 477, 483, 484, 515, 540^{bis}, 546, 590, 632, 634, 636). Neque si qui aliis essent superiores, eorum defectus Lainius patiebatur impunes. Vide, exempli gratia, ut in epistolis (376, 425, 435, 553 etc.), praeclaros illius aetatis superiores magna cum libertate reprehenderit, Kesselium, Lentulum, Helmum, Canisium. Quum vero ad rebelles, aut quoquomodo Societate non dignos, coēr-

cendos, media jam non suppetere videret, illos e Societate pelle-re atque ejicere, etiam vi quandoque adhibita, non verebatur. Cf. epist. (390, 416, 533, 534, 535, 540^{bis}, 555, 557).

Quae quum ita sint, quaeret fortasse quispiam, unde tanta Lainii sollicitudo ac zelus tantus manaverint. Verum difficile ad-modum non erit hujus sollicitudinis fundamentum in *ejus erga Societatem purissimo amore* invenire; in illo, inquam amore, quo Lainius, utpote carissimi parentis Ignatii carissimus filius, quum erga Societatem ipsam, tum erga ipsius, licet nondum approba-tas, constitutiones, tenebatur. Cujus quidem amoris argumen-ta huc afferre, supervacaneum cuiquam videri poterit, quum, et in his, quae jam diximus, et in singulis hisce monumentis, vestigia passim inveniantur. Nam et potentium erga Societatem favorem exquirere, et benefactoribus gratum se exhibere, utrisque autem, quum secundum constitutiones eis satisfieri non poterat, resi-stere, satis per se ostendunt, eorum nihil ab eo negligi, quae ad Societatem tutandam, conservandam, augendam conferre pos-sent. Quae tamen parum, aut nihil juvarent, nisi etiam ipse sum-mam adhiberet curam ac diligentiam in candidatis in primis se-ligendis, ineptos rejiciendo, idoneos autem quosque retinendo, quos quidem, etiam in maxima rerum penuria, numquam abji-ciendos arbitrabatur (355, 357). Huc adde, quod pericula Societatis gravia, eoque graviora, quo ex ipsis Societatis visceribus oriebantur, totis viribus avertere ac propulsare curavit (499, 501, 542). Quae res, tametsi leviter solummodo et obscure his episto-lis attingatur, at satis declarat, quam cordi ei esset Societatis in-columitas atque integritas. Quumque haec omnia obtineri non posse videret, quin ejus constitutiones incolumes integraeque servarentur, huic uni Lainius intentus esse videbatur. Nondum illae approbatae, nondum vim legis habebant. Ita tamen se ad illas accommodabat, suamque actionem illis conformabat, ut eas quidem observare ac custodire saepe juberet, eisdem aliquem sol-vere aut dispensare, numquam. Quod si quandoque accideret, ut dubium aliquid, aut obscurum quid sibi a rectoribus proponere-tur, nihil ipse decernere aut immutare audens, totum id futurae congregationi decidendum relinquebat.

Quoniam vero de congregatione incidit sermo, incredibile est quidem, quantum ipse, quantum egregius adjutor ejus Polancus, in ea cogenda adlaboraverint. Ob plurimas tamen, easque vere magnas, difficultates, bis differenda fuit, donec tandem post duos fere annos a parentis Ignatii morte, atque a suscepta Societatis a Lainio gubernatione, congregari potuit. Verum haec ad proximum volumen spectant. De secundo satis.

En ergo, lector benevole, Lainii vicarii formam, quam ex unius anni litteris sumus adumbrare conati. Qualis postea fuerit, quum, in praepositum generalem electus, Societatem universam plena potestate gubernavit, aut etiam quo pacto se gesserit, sive in poissiaco in Gallia conventu, sive in tridentinae civitatis concilio, sequentia, Deo volente, docebunt volumina.

RECENSIO CODICUM

EX QUIBUS MONUMENTA IN HOC VOLUMINE EDITA DEPROMUNTUR

- Ex prima serie *Monumentorum* S. Ignatii desumpti sunt.
- Codex 1.**—*Regest. IV et V.* Descriptus in vol. I, pag. 31.
- Codex 36.**—*Epist. cardin.* Descriptus ibid., pag. 45.
- Codex 37.**—*Epist. episcop.* Descriptus ibid., pag. 45.
- Codex 38**—*Epist. princip.* Descriptus ibid., pag. 46.
- Codex 39.**—*Epist. communit.* Descriptus ibid., pag. 46.
- Codex 40.**—*Codex divisor.* Descriptus ibid., pag. 46.
- Codex 42.**—*Hispan. epist.* Descriptus ibid., pag. 47.

FREQUENTIORES AUT DIFFICILIORES NOTAE

EARUMQUE INTERPRETATIO

annot.=annotatio.	N. P.=Nuestro Padre, Nostro Padre.
ant.=antiquitus.	N. S.=Nuestro Señor.
bohem.=bohemus.	n., nn.=numero, numeri.
c.=caput.	O. P.=Ordo Praedicatorum.
Card.=Cardenal.	O. S. D.=Ordo Sancti Dominici.
cf.=confer, conferatur.	oss. ^{mo} , obs. ^{mo} =observandissimo.
cod.=codex.	P., PP.=Pater, Patres.
Chron.=Chronicon.	p.=parte.
Chron.-hist.=Chrono-historia.	Pol. ^{co} =Polanco.
Ciacon.-Oldoin.=Ciaconius-Oldoinus.	prof. ^a =professa.
communit.=communitatum.	R. P. V.=Reverenda Paternitas Vestrata.
Const. Soc. Jes.=Constitutiones Societatis Jesu.	Rda., Rde.=Reverenda, Reverende.
D.=Don, Dominus, Doctor.	Regest.=Regesta.
diversor.=diversorum.	r. ^{ma} =romana.
▽, ▽. ^{dos} =scuta, escudos.	R. ^{ma} =Reverendissima.
Epist. Mixt.=Epistolae Mixtae.	R. ^{mo} et Ill. ^{mo} =Reverendissimo et Illustrissimo.
Exam.=Examen.	RR., R. ^{mi} =Reverendissimi.
Excma.=Excellentissima.	Rta.=Ricevuta, vel risposta.
ff.=folia.	S. A.=Su Alteza.
fol.=folium.	S. C. R. M.=Sacra, Católica, Real Majestad.
fund.=fundatio.	S. E.=Su Excelencia.
geneal.=genealógica.	S. M.=Su Majestad.
Gio.=Giovanni.	S. S., S. S.t.=Su Santidad.
heráld.=heráldica.	S. Sria. R.=Su Señoría Reverenda.
Ju.=Juan.	ser.=series.
Litt. quadrim.=Litterae quadrimestres.	sic.=sicula.
l.=liber.	Sor., Sr.=Señor.
M., Mg., Mter.=Magister.	Srie., V., Srie. VV.=Signorie vostre.
M., Mtro.=Magistro, Maestro.	SS. EE.=Sus Excelencias.
Mag. ^t =Majestad.	SS., S. ^{ti} =Sancti.
M. ^e , M ^{re} =Maître.	SS. VV.=Signorie vostre.
Mons., Mons. ^r =Monsignor.	T. R.=Tua Reverentia.
ms.=manu scriptum.	
M. ten V.=Majestatem Vestram.	

Thom.º Len. ^{lo} =Thomasso Lentulo.	V. R. S.=Vuestra Reverenda Señoría.
Tua D.=Tua Dominatio.	
V. R.=Vestra Reverentia, Vuestra Reverencia.	V. Sria.=Vuestra Señoría.
Vestrae R.=Vestrae Reverentiae.	vic. ^o =vicario.
v.=verso.	VV. EE.=Vuestras Excelencias.
V. A., VV. AA.=Vuestra Alteza, Vuestras Altezas.	X. ^o , Xpo.=Christo.
V. M., V. M. ^t =Vuestra Majestad.	xpiano.=christiano.
V. M. ^{tas} =Vestra Majestas.	Xpophoros.=Cristoforo.
V. md.=Vuestra Merced.	Xpoual.=Christobal.
V. R., VV. RR.=Vuestra Reverencia, Vuestras Reverencias.	X. ^{bre} =mense Decembri.
	9. ^{bre} =mense Novembri.
	7. ^{bre} =mense Septembri.
	40. ^{ma} =quadragessima.

PATRIS JACOBI LAINII EPISTOLAE ET ACTA

341

PATRI SIMONI RODERICIO

ROMA 2 JANUARII 1557¹.

Candidatum, quem Simon commendat, libenter se admittere; eumque, quum id opportunum Simoni videbitur, Romam cum socio venire posse.—Tranquillitas publica desideratur.—Ob hanc causam Emerius, iter versus Romanum cum sociis agens, Laureti debuit subsistere.—Natalis erga Simonem benevolentia.

Jesús

La gracia y paz de X.^o N. S. sea siempre en nuestras ánimas. Por una de 26² del passado supe de la uenida de V. R. á Venetia³, y lo que desea, que es[e] mançebo⁴, su hijo de confessión,

¹ Ex codice *Regest. IV*, fol. 262v.

² Desiderantur hujusmodi litterae.

³ P. Simon Rodericius, ab anno 1554, postquam a sacra Hierosolymas expeditione, quam concupierat, destitit, in Italia mansit; ac, suadente P. Ignatio, nunc Venetiis, nunc Patavii, nunc Bassani commorabatur: nec ante annum 1564 in Hispaniam rediit. *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, VIII, 174; IX, 176; XI, 20, 321; POLANCUS, *Chron.*, IV, 8; V, 164; *Epist. PP. Paschasi... et Simonis*, 643, 730; *Epist. P. Nadal*, I, 319-324, 462, 508, 550; II, 51, 52, 654; *Lainii Monum.*, I, 293, 512, et saepe in MONUMENTIS. Corrigendus est ergo ALCAZAR, qui non uno in loco affirmat Simonem hoc ipso anno 1554 in Hispaniam rediisse. *Chron.-Hist.*, I, 251-252, 329.

⁴ Juvenem hunc iterum commendat Rodericius litteris ad Lainium datis Patavii I.^a Januarii. *Epist. PP. Paschasi... et Simonis*, 672. De hoc etiam loquitur POLANCUS, *Chron.*, VI, 239. Quis autem fuerit hujusmodi candidatus, nescimus. Eritne forte inter plures illos candidatos Venetiarum, quos Polancus sub finem praecedentis anni commemorat? POLANCUS, *Chron.*, VI, 229-230.

se accete en la Compañía, y presto por buenos respectos sea llamado á Roma; y así por sus buenas partes, como por ser cosa encomendada por V. R., y pedida como mancia ^a in principio de año, no me ha parezido dificultar la cosa, sino que uenga en buena hora con Valentín ^b quando allá le parezerá bien; que lo de Roma está como allá sabrán; que Mtro. Emerio ^c aun se detubo en otra parte con sus compañeros, por lo que oyen dezir en el camino ^d. Todauiá, por donde nosotros passaremos, podrán passar los que uenieren ^e. El P. Nadal torna las buenas pasquas y años, y todos nos encomendamos en las oraciones de V. R.
De Roma II de Enero 1557.

Inscriptio. Venetia. Mtro. Simón.

342

PATRI FRANCISCO PALMIO

ROMA 2 JANUARII 1557 ^f.

*Pleniorum explicationem negotii cuiusdam postulat.—De itinere
P. Ribadeneirae dum ex Belgio Romam petebat.*

Iesus

Pax X.ⁱ Questa settimana non hauemo lettere de V. R. Quelle della passata riceuemmo; et quanto alla sicurtà da farsi per quel amico, non siamo stati recercati da collui che V. R. scriue portassi lettera sopra ciò. Come ci parlarà, faremo quel che potre-

^a mança ms., itulice mancia, hispanice propina vel aguinaldo.

^b Valentinus hic, ex illis certe erat, quos, loc. cit., Polancus enumerat. Vide *Lainii Monum.*, I, 615.

^c M. Emerius, vel Hemerius, de Bonis, qui primae classi Patavii praerat. POLANCUS ibid. 231, 232, 234. De hoc Emerio saepe in nostris MONUMENTIS fit mentio. Videantur praesertim *Lainii Monum.*, I, 316, 513.

^d Narrationem hujus itineris, quo loco et qua de causa ibi substiterit, vide in litteris ipsius Emerii, ad Lainium datis 19 Decembris 1556. *Epist. Mixtae*, V, 569. Vide *Lainii Monum.*, I, 647, 649.

^e Causa perturbationum, quam indicat Lainius, bellum erat, quod kalandis Septembris praecedentis anni inter Paulum IV et Philippum II, Hispaniae regem, exarserat. Ita passim historiae.

^f Ex codice *Regest. IV*, fol. 263.

mo, benchè, se di là si trouasse altro espediente, uoluntieri escusariamo questa cosa, che pare non sia nostra ².

La presente è per drizzare la inclusa a Mtro. Pietro de Ribadeneira ³, il quale, se non è arriuato costà per queste feste, facilmente arriuarà un de questi dì, secondochè ci scrisse de presso a Spira a 7 de Decembre. V. R. li guarderà questa lettera, se non fusse uenuto. Nè in altro mi estenderò per questa. Tutti ci raccomandiamo molto nelle orationi de V. R. et li suoi collegiali.

De Roma 2 di Gennaro 1557.

Inscriptio. Bologna. Rettore.

343

PATRI JOANNI BTAE. TAVONO

ROMA 2 JANUARII 1557 ¹.

Bonam existimationem, quam de Tavono jam diu animo conceptam habebat, pluribus patefacit.—De P. Ribadeneirae itinere, dum ex Belgio Romam petebat.—Confessariorum inopiam Patavii et Venetiis sublevare conabitur.

Jesus

Pax X.ⁱ Le ultime che nostro Padre vicario ha riceuute de V. R. sonno de 17 del passato ² con certi conti, quali non erano necessarii, se per sua satisfattione no li hauesse parso mandarli. Et quanto a noi sempre hauemo tenuto il concetto de vostra sincerità tale, che non accadeua darci conto del riceuuto de spese, se ben fossi in quantità molto maggiore; et ci dispiace che sia nessuno nel collegio che habbia tenuto altra opinione o monstrato tenerla con parole, il che a noi pure non ha detto nè scritto persona alcuna, et manco saria stata creduta: sì che V. R. lasci questo pensiero: che noi lo conosciamo molti anni sono.

Qui ua una lettera per Mtro. Pietro de Ribadeneira ³, il quale

² Vestigium hujus rei nullibi invenire potuimus.

³ De hoc itinere Patris Ribadeneirae, vide epist. 345, 361.

¹ Ex codice *Regest. IV*, fol. 263.

² Non habemus hujusmodi litteras.

³ P. Ribadeneira ex Belgio tunc Romam petebat. De hoc itinere vide epist. 345.

potria essere che hauesse tenute le feste in Padoua, et aspettassi questo auiso insino a tanto che arriuino le lettere. Se non fossi uenuto, se li guardino; et altra simile se li scriue a Bologna.

Del bisogno de confessori in Padoua ⁴ et Venetia ⁵, lo uedia-
mo; et un dì speriamo darà il modo Dio N. S. de poter satisfar a
nostro desiderio in questa parte. Nelle orationi de V. R. si rac-
comanda nostro Padre vicario et tutti noi. Sia Jesù X.^o in aiuto
et fauor nostro continuamente. Amen. De Roma II di Gen-
naro 1557.

Inscriptio. Padoua. Rettore.

344

PATRI CAESARI HELMIO

ROMA 2 JANUARII 1557 ¹.

*Candidatus, de quo P. Simon scripsit, Romam cum aliis mitti potest.—
Litterae dantur, Simoni et Tavono tradendae.—De Mtri. Emerii so-
ciorumque versus Romam itinere. — De typographia, Romae, domi
nostrae instituenda.—De Petro Atriae et Thaddaeo senensi.—Non est
cur P. Albertus ab audiendis quarumdam mulierum confessionibus
abhorreat.— De infirmitate Andreae Lippomani.—De quodam Pascha-
lino.*

Jesus

Pax X.ⁱ Riceuemmo quelle de 26, et prima quelle de 12 et 19
del passato. Circa quel giouane ², del qual scriue il P. Mtro. Si-
mon, dà licentia nostro Padre vicario che si mandi a Roma
quando piacerà a detto P. Simon, benchè li tempi siano poco
propiti ³. Et se Valentino farà bona proua, et parerà necessario
darlo per compagno a l' altro, potranno uenir' insieme; se questo
non paressi necessario, Valentino potrà aspettare al Vignes ⁴. La

¹ POLANCUS, *Chron.*, VI, 231, 232.

² POLANCUS, *Chron.*, VI, 220, 228.

³ Ex codice *Regest. IV*, fol. 262v.

² De hoc candidato, de Valentino ac Emerio, inferius nominandis, vide epist. 341.

³ Vide epist. 341, annot. 8.

⁴ Joannes Baptista Vignes, candidatus venetus. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 229; *Lainii Monum.*, I, 615.

inclusa si mandarà al P. Simon, et l' altra, vista, al rector de Padoua ^a ⁵.

De Arimino ⁶ riceuemmo noua come arriuò Mtro. Emerio con suoi compagni, et se ne andauano a Loreto. La stampa ⁷ tarda assai; l' aspettaremo pur quanto bisognarà.

Essendoli necessario Pietro d' Atrio ⁸, lo ritengano; benchè, per seruire, altro che lui et Taddeo ⁹ ci bisognaria; et V. R. si sforzi de allegerirli. In Bologna lo uogliono per una classe penultima, doue si legge qualche authore, come l' epistole familiari et simili.

Al P. Alberto ¹⁰ dia sanità X.^o N. S. Certa sua risposta,

^a Podoua ms.

⁵ Joannes Baptista Tavonus.

⁶ Arimini nondum erat collegium Societatis, licet saepius expetitum. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 219, 222. Notitia ergo, Emerii sociorumque itineris, Emerio ipsi debetur, qui, Ariminum transiens, litteras ad Lainium scripsit. Vide epist. 341, annot. 7.

⁷ Sermo est de typographia, Romae, domi nostrae instituenda, qua in re non parum Caesar Helmius adlaboravit. Cf. POLANCUM, *Chron.*, VI, 33, 224. *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, in epistolis saepe ad P. Caesarem, vol. XI et XII. Vide etiam *Lainii Monum.*, I, in epistolis ad eundem Caesarem datis.

⁸ Petrus Atriae. Elogium hujus afferunt *Epist. Mixt.*, IV, 205. Facultatem ut ad sacros ordines promoveretur, P. Ignatius mense Aprili praecedentis anni concesserat. *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, X, 604. Non tamen semper recte Petrum se gessisse, ex pluribus epistolis Ignatii constat, ad Caesarem scriptis. *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, vol. V, VII, VIII. De itinere autem vide *Lainii Monum.*, I, 460, 529, 531, 543, 650.

⁹ Thaddeus Amaroni senensis. Ad rem faciunt *Lainii Monum.*, I, 511. De ejus in Societatem ingressu, ac dotibus, videantur *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, II, 704; *Epist. Mixt.*, IV, 580; V, 737.

¹⁰ Albertus ferrariensis, quem maxime rector collegii laudat. *Litterae Quadrime.*, III, 17. Collegio eugubino, ab ejus fundatione, 1552, usque ad ipsius dissolutionem, 1554, praefuit. POLANCUS, *Chron.*, II, 441 et seqq.; IV, 55; *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, IV, 478 et seqq.; VI, 457. Claudio eugubino collegio, a P. Ignatio jussus, Venetias se transtulit, *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, VI, 627, 628; VII, 41, 74, ut P. Caesarem Helmum in confessionibus adjuvaret, et ejus esset collateralis. Pervenit autem Venetias mense Maji 1554. *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, VII, 41-42, 74-75. Emendatione ergo eget, quod in POLANCI *Chronico* annotatum est, IV, 123. De tentatione pusillanimitatis, qua jam diu bonus P. Albertus pulsabatur, videnda sunt *Monum. Ignat.*,

perchè ha del humore della quartana, non ci fa troppo marauigliare che sia tale; ma è bene che intenda che sia infirmità, et non scropulo fondato in bona doctrina, ciò che li fa non uolere attendere a confessar donne che si uestono a la usanza del paese. Et come stia sano del corpo, forsia Dio N. S. lo sanarà del scropulo; et se si quietasse, et sottomettesse il suo giuditio liberamente, potria anche esser uia de conseguire prima la sanità, se sarà per maggior seruitio diuino.

Al Rdo. monsignor nostro della Trinità ¹¹ abbiamo raccomandato et raccomandiamo a Dio N. S. Poichè non ci scriue di sua sanità o infirmità V. R. nel' ultime, interpretamo che stia bene, Dio laudato, a cui diuina bontà piaccia darci gratia continuamente per sentir sempre et adempire sua santissima uolontà. De Roma II di Gennaro 1557.

De Pasqualino ¹² V. R. faccia come meglio li parerà, non repugnando monsignor nostro.

Inscriptio. Venetia. Rettore.

345

PATRI PETRO RIBADENEIRAE

ROMA 2 JANUARII 1557 ¹.

De via, qua Romam contendere possit, edocetur.—Qua ratione collegium Mediolani procurandum.

Jesus

Pax X.ⁱ Mercordì, 30 del passato ², se scrisse a V. R. a Mi-

ser. I.^a, XI, 127, annot. 4; *Lainii Monum.*, I, 597. Circa ornatum mulierum vide etiam pulcherrimam P. Ignatii epistolam ad ipsum P. Albertum, *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, IX, 266.

¹¹ Andreas Lippomanus.

¹² Nescimus quisnam sit hic Paschalinus, cuius mentionem semel hic factam videmus. Anno tamen 1561, in domo Societatis Romae, inter fratres rei domesticae adjutores, invenitur quidam *Pasqualinus sutor Italus*. Eritne Paschalinus noster? Cf. SOMMERVOGEL, *Les Jésuites de Rome et de Vienne en MDLXI*.

¹ Ex codice *Regest. IV*, fol. 264.

² Vide hanc apud *Lainii Monum.*, I, 655.

lano, drizzando le lettere al Sr. D. Joan de Figueroa³, et il medesimo si scriue adesso a Padoua et Bologna; et [è] in summa, che potrà uenirsene a Roma⁴ con la sua compagnia⁵, et pigliare la uia che sarà consegliato esser più secura. A noi ci pare che per Romagna sarà più quieto caminare; et uenendo a Firenza, anche per Perogia credemo sarà più conueniente caminare che per Siena. Dio N. S. sia guida de tutti tre, et li conduca salui.

In Milano, se V. R. potrà lasciar disposta la materia et preparata per un collegio⁶ (senza però obligarsi), di qua si potria

³ Joannes de Figueroa, qui praefectus arcis mediolanensis, et Societati nostrae valde addictus erat. POLANCUS, *Chron.*, VI, 449.

⁴ Vide *Lainii Monum.*, I, 404, ubi hoc ipsum commendatur. Advocabatur autem Ribadeneira, ut de provincia, eidem a P. Ignatio demandata, stabiliendi in Flandria Societatem, Patri vicario nunc rationem redderet. Alteram causam addit POLANCUS: «por la información que acá conviene se tenga del modo de proceder de la Compañía en esas partes, parece á nuestro Padre vicario que V. R. se torne.» Ibid. Tertiam, denique, SACCHINUS his verbis adjecit: «pro usu, quo instituta callebat Societatis, videbatur eo tempore, quo de ordinandis firmandisque rebus gravissimis agendum erat, opportune Romae futurus.» SACCHINUS, *Hist. Soc.*, p. II, l. I, n. 61. Porro, de missione P. Ribadeneirae, ac de tempore, quod in Belgio transegit, videantur praesertim ipsius RIBADENEIRAE epistolae in codice *Epist. Ribad.*, a n. 13 ad 32, *Regest. V*, fol. 89v-90; *Monum. Ignat.*, ser. I.^a, XI, 191 et seqq., 247-253; *Cartas de San Ignacio*, VI, 158, 227, annot. 2; *Epist. Mixt.*, V, 140; POLANCUS, *Chron.*, VI, 429 et seqq.; *Lainii Monum.*, I, 417 et seqq.

⁵ Sermo est de socio itineris, fratre nempe Giraldo, et de doctore Ledesma, qui Lovanii tunc Societati se adjunxerat. POLANCUS, *Chron.*, VI, 429, 443, 449; *Epist. Mixt.*, V, 532; *Cartas de San Ignacio*, VI, 354, annot. II; *Lainii Monum.*, I, 558. De itinere Ribadeneirae videantur *Cartas de San Ignacio*, VI, 354; *Regest. V*, fol. 89, 89v-90; *Lainii Monum.*, I, 655.

⁶ De collegio Mediolani instituendo, jam pridem in Belgio, antequam iter in Italiam arriperet, egerat Ribadeneira cum ipso Joanne de Figueroa, qui illud non mediocriter optabat. POLANCUS, *Chron.*, VI, 449. «Hoggi è partito de qui don Giouanni de Figueroa, castellano de Melano, fratello del conte di Oropesa, cugino del conte de Feria, et parente molto stretto del duca d' Alba. Ama molto la Compagnia, et dal canto suo non mancherà che non si faccia un buon collegio in Melano, il che lui molto disidera; et secondo hiersera mi disse, uiene con proposito di trattarlo subito.» *Epist. Ribad.*, unico folio, n. 29, prius 40. Immo etiam, anno 1554, hac de re jam agebatur. Cf. *Lainii Monum.*, I, 254. Conatus tamen hujusmodi irriti fuisse videntur, ut ex litteris P. Natalis ad Lainium datis apparet. *Epist. P. Hier. Nadal*, I, 423, 437. Vera ergo hujus collegii initia petenda sunt ab anno 1563. Ibid., II, 234, 242,

uedere ciò che conuenessi, et il Card. di Medices ⁷ dice che aiuterà. Il resto si seruerà per la uista. Sia Jesù X.^o in aiuto et fauore nostro. Amen. De Roma II di Gennaro 1557.

Inscriptio. Padoua. Ribadeneira.

346

PATRI HIERONYMO DOMENECCO

ROMA 3 JANUARII 1557 ⁴.

De quadam abbatia collegio messanensi applicanda.—P. Ribadeneira Romae exspectatur.—De frumenti exportatione, in favorem collegii romani, per Joannem de Vega procurata.—De tempore et loco pro futuris comitiis Societatis.—De partu Elisabethae, ducissae Bivonae.—De Christophoro Lainio.—De coenobii Ascensionis reformatione,—De quadam pecunia, Societati, ab haeredibus patris nostri Joannis Nicolai, repetenda.

Jhs[†]

Pax X.ⁱ Doppo l' ultime nostre, scritte alli 17 ² del passato, riceuemmo quelle della V. R. del ultimo di Nouembre ³ con le copie delle lettere del re, et di S. E. ⁴, et de altre sopra il nego-
cio della badia ⁵ pel collegio di Messina, che il tutto pare come
di mano de S. E.

265, 296, 297, 302, 341, 389. Pulcherrimam Philippi II hujus collegii commendationem vide apud *Epist. P. Hier. Nadal*, II, 641.

⁷ Joannes Angelus «ex Medicea nobilis et antiqua familia Mediolani pridie Kalen. Aprilis natus». CIACONIUS-OLDOINUS, *Vitae et gesta... Pont.*, III, 736. Non constat de auxilio huic collegio a cardinali Mediceo praestito. Se-
cundus autem de cardinali Borromaeo. *Sanctus Franciscus Borgia*, III, 691,
697; *Epist. P. Hier. Nadal*, II, 234, 296-297, 302, 389.

¹ Ex codice *Regest. IV*, fol. 266.

² Hae litterae, die 17 scriptae, in Regesta sequenti die 18 relata sunt;
